



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

IX. Otto von Redern überläßt dem Kloster Zehdenick sein Angefälle an dem Dorfe Wendisch Mutz, am 12. Mai 1323.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

VIII. Die Grafen von Lindow vereignen dem Kloster Zehdenick das Dorf Wendisch Muß,
am 3. Mai 1323.

In nomine Domini Amen. Quum labilis humana memoria cum tempore defluente cito defluit et per instabilem decursum immutatur et de facile offuscatur; Hinc est, quod nos Guntherus, et Orlicus, Adolfus et Borchardus, dei gratia Comites de Lindow, recognoscimus nostrarum presencium litterarum per tenorem, monasterio ac conventui sanctimonialium in scedenick ob pium affectum ac matura deliberatione donasse proprietatem ville mostiz, que dicitur flauicalis, cum omni jure tam in superiori quam in Baslo, exemptam eciam omni precaria, omni exactione, omni seruitute tam curruum quam aliarum, quibus poterunt indebite agruari, eandem proprietatem ac libertatem perpetuis temporibus pacifice possidendam. Si igitur vt presumitur dominus marchie a rege aut imperatore profiteretur ac reciperetur, constitutus et institutus ab eodem, dicto Monasterio et sanctimonialibus dictam proprietatem ac libertatem si impeteret aut temere impetere presumeret, impetrabimus eodem jure optinendam et nostra tuicione ac defensione eandem villam cum aliis nostris villis et bonis volumus bona fide conseruare, pro quo nos munere triginta marcarum ob nostri reuerentiam placauerunt. Testes hujus donacionis sunt domini milites Griseke, Redeko de Redern, hinricus de sidow, Albertus de clepczke, bethemannus de wiltberg, arnoldus de ykendorp, hermannus de Redern, et famuli petrus de Rinesberg, theodoricus de lo et hermannus de Redern junior. In hujus igitur euidentis testimonium nostris sigillis roborari fecimus presens scriptum. Datum et actum Ruppin, anno domini M^o. CCC^o. XXIII. In die quando festum inuencionis sancte crucis celebrantur.

Nach dem Original im Besitz des Stifts.

IX. Otto von Redern überläßt dem Kloster Zehdenick sein Angefälle an dem Dorfe Wendisch Muß, am 12. Mai 1323.

Nouerint vniuersi, ad quos pervenerit presens scriptum, quod nos otto de redere ac nostri legitimi heredes propter petitiones dilectissimi fratris nostri radolfi de redere ac suorum filiorum, scilicet hermanni et redekini, de successione, que proprie dicitur anghueulle, de villa wendeseemultiz plane cedamus, et ad vsus sanctarum monialium in cedenic bona voluntate resignamus, provt nobis incliti nostri domini comites de lindow vero titulo feodali contulerunt, quod a nobis et nostris veris heredibus inviolabiliter in perpetuum omni dubio protracto debet obseruari. In cuius rei certitudinem nostrum sigillum huic cedula est annexum. Actum et datum anno incarnationis domini millesimo tricentesimo vigesimo tercio, feria quinta ante festum penthecostes.

Nach dem Original im Besitz des Stifts.